

ligatio ad exequendum Prudentum consilium : Non enim in ipsorum arbitrio erit positum, jurisperitorum sententiam sequi, vel eam repudiare : Verùm illi obligantur præcisè illam admittere , & juxta eam reum vel condemnare, & eo modo, qui expressus est, punire : aut eundem absolvere. Uti illud supra quoque fuit expositum.

ARTIC. CLXXVIII.

Pœna conatus ad delictum.

Straff unterstandener Missethat.

Sich jemand einer Missethat mit ehrlichen / scheinlichen Wercken / die zu Vollbringung derselben Missethat dienstlich seyn mögen / unterstehet / und doch an Vollbringung derselben Missethat durch andere Mittel wider seinen Willen verhindert wird / solcher böser Will / darauß etliche Werck / als obstehet / folgen / ist peinlich zu straffen / aber in einem Fall härter / dann in dem andern / angesehen Gelegenheit und Gestalt der Sachen. Darumb sollen solcher Straff halben die Urtheiler / wie hernach stehet / Riaths pflegen / wie die an Leib / oder Leben zu thun gebühret.

AD ARTIC. CLXXVIII.

ARGUMENTUM.

Qui conatur delinquere , sed à delicti consummatione contra suam voluntatem impeditur , ille conatus criminaliter quidem , sed in uno casu durius, in altero autem levius juxta conditionem & qualitatem cause ex consilio Prudentum puniendus est.

EXEGESIS.

TRia in hoc articulo sunt consideranda : I. *Conatus delicti*. Ubi observandum, quod *Conatus* vocabulum dupliciter accipiatur (1) *Improprie & late*, pro voluntate & affectu mentis, ut cum quis animo voluit, quomodo hoc vel istud delictum possit perfici, licet ad actum externum non deveniatur. (2) *Proprie & communiter* pro actu

Oooo 2

exter-